



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Libero Arbitrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Patri misericordiam, & Pater per Filium effundit Spiritum suum in cor credentis, qui latet in anima, & alios motus accedit, qualis ipse est. Ideo dicitur Galat. 3. Ut promissionem patris accipiamus per fidem.

Non igitur loquimur de otiosa uicia: & errant imperiti, qui existimant remissionem peccatorumtingere otiosis, sine aliquo motu animi, sine certamine, & sine consolationis in veris doloribus, in ea ætate, qua iam intellegitur docimæ potest, iuxta illud Rom. 10. Fides ex auditu etiatus per verbum Dei. Et quia conscientijs in pœnitentijs consolam proponimus, non addimus hic quæstiones de prædictissimum de electione: sed deducimus omnes lectores ad verbum Dei, iubemus ut voluntatem Dei ex verbo ipsius discant, sicut æterniter expressa voce præcipit Matth. 17. Hunc audite Non querimur speculations.

CERTISSIMUM EST, prædicationem pertinax ad omnes homines pertinere, & accusare omnes homines. Ita & promissio vniuersalis est, & omnibus offert remissionem peccatorum, iuxta illa dicta vniuersalia Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item Iohann. 3. Omnis qui credit in eum, non pereat. Rom. 10. Omnis qui credit in eum, non confundetur. Item, Dominus omnium, diues in omniis inuocant eum. Rom. 11. Conclusit Deus omnes sub inobedientia ut omnium misereatur. In hanc vniuersalem promissionem singuli se inclinant, & non indulgent diffidentia, sed lucent, assentiantur verbo Dei, & obsequantur Spiritui sancto, & impetrant, sicut dictum est Lucæ 11. Quanto magis dabit Spiritus sanctus potentibus?

D E LIBERO ARBITRIO.

IAM hic nota sit etiam doctrina de libero arbitrio. Semper in ecclesia homines recte eruditæ, distinxerunt disciplinam & nouitatem spiritus, quæ est initium vitæ æternæ: & docuerunt, in hominibus libertatem voluntatis tales esse, ad regendos externos motus mundi, quæ etiam non renati viri, disciplinam, quæ est etiam obediencia iuxta legem, præstare possint. Sed homo neque quam potest se liberare à peccato & morte æterna viribus naturalibus: sed hæc liberatio & conuersio hominis ad Deum, & resurrexionem spiritualis, fit per filium Dei vivificantem nos Spiritu suo sancto, dictum est Roma. 8. Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et voluntas, accepto Spiritu sancto, iam non est otiosa.

Ac Deo gratias agimus pro hoc immenso beneficio, quod bis propter filium, & per eum, dat Spiritum sanctum, & nos habemus.

et regit: & damnamus Pelagianos & Manichæos, ut hæc suo lo-

nopiosius explicamus.

DE NOVA OBOE DIENTIA.

TOTUM beneficium filii Dei considerandum est, Ita enim vnde peccatum & morem tollere, & nos ex regno Diaboli eripere, ut proflus absito peccato & deleta morte, restituat in nobis æternam rem, in qua Deus nobis communicet sapientiam, iusticiam, & luxuriam sum, & in qua sit Deus omnia in omnibus. Hoc sumum beneficium incoat in hac misera massa, in hac vita, sicut scripsit ad 2. Corinth. 5. Superinduemur, si tamen non nudi reperiemur. Item Matth. 10. Qui perleuerauerit vsq; in finem, hic fatus erit. Itaq; cum accipimus remissionem peccatorum, & reconciliati sumus, & obsegnati Spiritu sancto, hæc bona effundere horrendus furore est: sicut describuntur effundentes, in parabolâ de domo mundâ. Et in 2. Epistola Petri 2. dicitur: Si hi qui effugient contaminações mundi, per agnitionem Domini & Salvatoris Iesu Christi, his rufus impliciti succumbunt, sunt eis postrema deterioriora prioribus.

EFFUNDENTVR autem hæc bona, si quis non trinet fundatum, id est, articulos fidei, siue sciens, siue deceptus, impia dogmata seu idola recipit. Item, si quis alioqui contra conscientiam ruit. Ha regulæ sæpe repetita sunt, ut Galat. 5. Qui talia faciat, regnum Dei non possidebunt. Necessaria est igitur cura vitandæ lapsus. HABET manifesta necessitas, proposita summa pena, videlicet amissione vite æternæ, si quos non mouet ad bene operandum, hi sunt iam ex his, de quibus dicitur 1. Iohann. 3. Qui facti peccatum ex Diabolo est. Item, Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et sunt necessitatis causæ plures. Debitum, id est, ordo immutabilis, ut creatura Deo obtemperent. Ideo Paulus inquit Roman. 8. Debitorum estis. Item, ne Spiritus sanctus & fides excusunur, accedat & cura vitandi penas præsentes. Quia certissimum est, plurimos etiam electorum lapsus, horribiliter puniri in hac vita, ut inquit Ecclesia apud Micheam 7. cap. Irām Domini portabo, quia peccavi ei.

ET omnium temporum historiæ horrenda exempla penarum continent: ut David, Salomon, Manasses, Iohannes, Nabuchodonosor, & alij innumerabiles duriter castigati sunt. Qæ in re hoc tristissimum est, quod in ipsis pœnis multa noua peccata cumulantur: ut in seditione mota contra Dauidem, in dilacione regni propter delictum Salomonis. Et de necessitate bene operandi, inquit Dominus Matth. 5. Nisi abundauerit iusticia vera plus quam Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.

S Confide-